



## **Constitviones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

De Avthoritate, Vel prouidentia, quam Societas h[a]bere debet erga  
Præpositum Generalem. Cap. IIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](#)

in inferioribus Præpositis, vel Visitatoribus, vel Commissarijs suam facultatem communicet; poterit tamen approbare, vel rescindere quod illi fecerint, & in omnibus quod videbitur, constituere: & semper ei obedientiam ac reuerentiam (ut qui Christi vices gerit) præstari oportebit.

**D E M A V T H O R I T A T E, V E L**  
prouidentia, quam Societas habere debet  
erga Præpositum Generalem.

Cap. III.

**A \*** **F**acultas, vel prouidentia Societatis erga Præpositum,

**IN CAPVT**  
**III.**

habita semper ratione boni universalis, ac maioris ædificationis, sex in rebus, quæ ad Dei gloriam iuuare possunt, consistit.

**A §** **E**t exercebit eā per  
Assistentes, de qui  
bus mox dicetur.

**B ¶** **V**rgere

1. Prima ad res externas pertinet vestitus, victus, & expensarum quarumlibet ad personam Præpositi spectantium; quæ omnia vel augere, vel imminuere poterit Societas; prout Præpositum ipsum ac se decere, & Deo gratius fore iudicabit. Et huic Societatis ordinationi Præpositum acquiescere oportebit.

2. Secunda ad corporis curam pertinet, ne in laboribus, vel rigore nimio mensuram excedat. Quæ etiam in re ad moderationem se reduci sinet Superior,

perior, & Societatis arbitrio acquiesceret.

Tertia ad animam eius spectat; cum etiam viris perfectis aliquando huiusmodi cura vel circa personam, vel circa officium sit necessaria. Habeat ergo Societas cum Praeposito Generali (& idem cum inferioribus fieri posset) aliquem, qui accedens ad Deum in oratione, postquam diuinam bonitatem consuluerit, & æquum esse id iudicauerit; cum modestia debita, ac humilitate, quid sentiat in ipso Praeposito requiri ad maius obsequium & gloriam Dei, admonere teneatur; siue ille sit eius Confessarius, siue alius quispiam per Societatem designatus, qui ad hoc negotium quam maxime aptus videatur.

B. Vrgere intelligendum est; si Princeps aliquis secularis id curaret: & ordinaret summus Pontifex aliquā sumere dignitatem, non tam ita absolute impenando, ut ostē obdat se velle cum ad tale officium admittendum obligare. Nam in huiusmodi casibus, ubi cessat obligatio, non debet, nec potest sine probatione Societatis eam admittere: nec Societas approbat, si Pontifex præcepit, quod ad peccatum obliget, non compelleret.

Quarta est, quod, si quis vigeret (licet eum non obligando sub pena peccati) ut dignitatem aliquam admitteret, in qua Praepositi officium necessario relinquendum esset, non posset sine consensu Societatis eam admettere. Societas autem, semper intuitendo quae ad maius Dei obsequium & gloriam pertinent, si

C. § 7c

obedientia Sedis Apostolicæ non compulerit, assen-  
sum nunquam præstabit.

¶ Quinta locum habet, si accideret, ut valde negli-  
gens, vel remissus esset in rebus magni momenti ad  
Præpositi officium pertinentibus propter corporis  
grauem ægritudinem, aut senium, spe emendationis  
ea in parte sublata, vnde multum detrimenti publi-  
cum bonum pateretur. Tunc enim Coadiutor, vel  
Vicarius, qui Generalis officio fungatur, est eligen-  
dus; siue ipsem Præpositus eum cum approbatio-  
ne Præpositorum Prouincialium sibi substituat; si-  
ue illi cum approbatione duorum Præpositorum lo-  
calium, vel Rectorum vniuersitatisque Prouinciarum  
eum per litteras pluribus suffragijs eligant ad So-  
cieratis gubernationem cum ea facultate, quæ Gene-  
rali, vel ipsi Societati, si ea eligeret, communicanda  
videretur.

¶ Sexta locum haberet in quibusdam casibus (quos  
speramus per Dei bonitatem, aspirante ipsius gratia,  
nunquam euenturos) cuiusmodi essent peccata mor-  
talia in exterritum actum prodeuntia, ac nominatim

C copula carnalis; \*vulnerare quen-  
quam; \*ex redditibus Collegio-  
rū aliquid ad proprios sumptus  
D assumere; \*vel cuiuis extra Socie-

¶ Vt cum liquo armorum ge-  
nere, vel cultel-  
tatem lo, vel re qua-  
uis, cum qua insignis læsio inferri potest.

D ¶ Id agitur peculiariter, vt non det consanguineis,  
vel eis, qui coniunctionem aliquam secularem cum ipso  
habent:

habent: & nō prætatem donare; vel aliqua stabilia cluditur ostiū, vt fiat eleemosyna, vel detur, quod cōuenit, ei, cui dari debere ad Dei gloriā Generalis sentiret.

E[st] Quoniam, qui curam aliorū, præcipue tam vniuersalem habent, iniuste calumniam à multis pati varias ob causas possunt; diligenter animaduertere oportet, vt probations dictorum defectuum sint, quā fieri possit, efficacissimæ, morali modo loquendo.

## DE MODO, QVO PRO-

cedere debet Societas in ijs, quæ ad

Præpositum Generalem pertinent. Cap. V.

**I**N primis Præpositi Provinciales, quos Generalis ipse per se constituit, in conspectu Dei considerare & efficere quod vniuersali bono Societatis debent in prædictis ad Præpositum Generalem pertinentibus, prout in Domino senserint, teneantur.

In ijs, quæ ad sumptus & curam corporis eius, & res alias minus graues pertinent, cōgregatione opus non